structura orationis

Varr. fr. *294 (GRF 310) Funaioli ap. [Diom.] GL I 471. 31 sqq. structurae qualitates variis vocabulis traduntur. statuendum quoque est quo quamque earum nomine appellemus. si paenultimus fuerit pyrrichius, optime succedit paeon primus, et erit structura quadrata. si paenultimus fuerit spondeus et successerit tribrachys vel pyrrichius, erit structura incisa. si paenultimus fuerit tribrachys vel pyrrichius et paeones successerint primus et novissimus, erit antiqua structura, quae dicitur confragosa; qua usus est Cato. si in paenultimo tribrachys fuerit vel dactylus vel pyrrichius, et successerit vel tribrachys vel molossus vel pyrrichius vel anapaestus, erit structura quae vel delumbis vel fluxa vel mollis dicitur; qua usus dicitur Antonius maior. [*M.D.N.*]